

# Beiträge zur Geschichte des Humanismus im Benediktinerstift Wiblingen.

Briefe und Gedichte aus der Korrespondenz Wolfgang  
Rychards von Ulm mit Wiblinger Mönchen.

Von

Dr. Anton Naegele.

(Schluß von S. 515 oben.)

## C. Texte.

### I. Epistolae.

#### 1.

Brief des Barth. Stella an Zeno Rychard, nach  
1521. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 539. II. p. 673.)

Bonae indolis adulescenti Zenoni Rychardo paterna ami-  
citia charissimo Fr. Bartholomaeus Stella S. D. P. (Salutem  
dicit plurimam.)

Quas ad sextum Idus Junias ad me dedisti litteras paucos ante  
dies promissas, ea mentis alacritate gaudioque suscepti, quibus vel  
amicissimi cuiuspiam epistolas amplexatus fuisset, paternam affa-  
bilitatem moresque ac eloquentiam te imitaturum haesitans minime.  
Nec me omnino fallit opinio. Quantum ex litteris tuis velociter et ex  
tempore scriptis intelligere possum, nostratium auctorum elo-  
quentiam moresque avitos apprime miraris, quam ob rem te  
nobis patrem praestitutum haud quaque haesito, ni forte pulsus  
Musis philosophos vivos cordi admittas. In ipsis vero litteris  
tuis aliquas ex praeterito tuo commemoras, quibus me (ut  
sentio) in mutuae amicitiae arenam provocas vicarium amorem  
epistolis Pieridumque muneribus te concitaturum credens fir-  
miter. Qua propter imprimis tibi non oblivioni dandum (si  
Marco Tullio Ciceroni Sallustioque<sup>1)</sup> fidem habemus ullam)  
idem velle idemque nolle, eam firmam esse amicitiam. Ego  
aut aliud nihil volo aut expeto, etiam si a diis ut Midae(?) optio  
daretur, quam ut praeclara vivi parentis stemmata veluti fulgi-  
dum omnium litterarum spectaculum crebro adspectans imitari

<sup>1)</sup> Sallust, Catilina 20, 4.

impigre coneris; tum demum me omnium vel amicissimum habebis. Sat hactenus quo futurae amicitiae exordio. Vale ex Coenobio Wiblingensi.

## 2.

Brief des Barth. Stella an Wolfgang Rychard in Ulm. (Cod. Ulm. Ep. Rych. 400 II. p. 435.)

Eximio medicorum archiatro Doctori Wolfgango Rychardo amico semper observando Fr. Bartholomaeus Stella in Wiblingen S. D. P.

Hesternus dies cum praeterita nocte melior<sup>1)</sup> esse debuerat et ecce quantos dolores sinistri lateris patior; sive enim in domo deambulans sive sedens aut iacens non possum spirare sine singultu. Ioannes Sartoris<sup>2)</sup> dicit quandam mixturam aquarum destillatarum faciendam ac lateri sinistro super ponendam, nihil tamen facere vult sine vestrae dignitatis consilio. Hunc dolorem in principio febris conquestus sum, et crevit quotidie, donec iam sustinere difficillimum sit. Valeto bene, nam et ego vellem me potius valere.

## 3.

Brief Rychards an Barth. Stella über dessen Gedichte (um 1530). (Ep. Rych. Cod. Ulm. 64. I. p. 196.) Rychardus Bartholomaeo suo S. D.

Carmina tua jambis ad me data pellegi vivaci, ut ajunt, oculo. Placet etiam poëtica quam in te video vena non vulgaris, fac ne fundamentum tam illustre frustra ieceris, quin aedificia etiam pulcherrima in dies superastruere operam naves diligentissimam; proculdubio enim in eum virum evasurus es, de quo Apollo ipse Musarumque chorus non inopiter imo delectabilia obsonia suscepturi sint. De me nihil dubites, si in carminibus meis blattis et tineis dignissimis Aristarchi virgula lituras exolendas admiserim; sum enim tam totus ieiunus, expers et peregrinus in poëtica aliis negotiis impeditus. Reliquumque de morbis tibi gravissimis iocosum legi decastichon, non potui silentio transire, quin opinionem tuam corrigam, quae lepus est et pulpamenta quaerit. Nec mala est, si bene subaudiatur. Nam Persius in Satyrarum prologo inolet fortunae suae, qui minus in Parnasso monte indulserit somno, ultra mandragoram etiam (ut adagium sonat). Ne prodire repente poëta tibi facultas foret, uti olim de Hesiodo pastore

<sup>1)</sup> Notiz des Kopisten: „Fehler, den ich nicht zu bessern weiß. Nur Vermutung, was ich darüber geschrieben“, nämlich statt mater melior.

<sup>2)</sup> Johann Sartoris sind mehrmals inskribiert in Tübingen 1479, 1491, 1493, 1503. — In dem Album Wiblingense (Lindner, Diöz.-Archiv v. Schwaben. 29 (1901), S. 41) erscheint ein Bruder Johann Sartoris „conversus“, soll darnach 14. Febr. 1501 gestorben sein. — Ein P. Tiberius Sartori in Zwiefalten († 1798) aus Hayingen. Siehe Studien O. S. B. 4 (1883) I. 279.

fabula refert. Nec item fonte Caballino labra proluit, quo minus poëticae scientiae et Apollinei furoris particeps existat. Quare ne penuriam humanarum litterarum iure accusare queas, marini vituli instar Endemionis etiam somnum in Parnasso monte bicipite capessas. Avidus quoque non secus ac Charybdis Heliconis nectar et fluenta Tantaleo desiderio bibendo in gurgitare nitaris. De qua re hoc sequens carmen antidotum <sup>1)</sup> fecimus. Vale.

## 4.

Brief Wolfgang Rychards an Barth. Stella, 1535 Ende Juni. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 562. II. p. 706.)

Wolfgangus Rychardus Bartholomaeo Stellae, poëtae et amico optimo S. D. P.

Musas tuas conscias esse cupio de filii mei Raphaelis <sup>2)</sup> obitu, qui dimidium animae meae <sup>3)</sup> in sepulchrum abstulit morteque sua totam vitam meam dissipavit. Adhortare Musas tuas, ut quando per otium liceat, aliquo epitaphio <sup>4)</sup> filium immortalem facere dignentur. Scio non gravatim te isthaec facturum pro nostra veteri amicitia. Mitto ad te arma <sup>5)</sup> mea, quae nuper propter filium ab imperatore Ferdinando impetravi. Haec in tumbam eius faciam pingi pro memoria. Vale.

## 5.

Ein Brief Wolfgang Rychards an Skultetus mit einem Gedicht Stellas 4. Juli 1532. (Ep. Rych. 568. II. p. 710.)

Wolfgangus Rychardus Schulteto. <sup>6)</sup> S. D.

Legere te velim de nuptiis vetitis, quas sacrificulus Schmaltznaf <sup>7)</sup> celebravit cum monacha N. cognata Bartholomaei Stellae poëtae Wiblingiaci, ubi cacodaemon triclinium egit, carmen Plutosthenis. <sup>8)</sup>

<sup>1)</sup> Die folgende Nummer des Briefkodex (65, p. 199–200 enthält das im Brief angekündigte Antidotum Rychardi in Jocum Bartholomaei Stoer; dasselbe beginnt: „Mens hominum coeca est proprio quoque lippit in ausu“. Auch Nr. 61 (p. 191–192) enthält eine Responso Rychardi ad Priorem Wiblingensem: „Tangitur officio monachi tuus ille Rychardo.“

<sup>2)</sup> 28. Juni 1835, s. oben B. Nr. 4.

<sup>3)</sup> Horaz Od. II, 3, 8.

<sup>4)</sup> Gedichte auf den Tod Raphaels finden sich im Codex Rychardinus Nr. 37; Jodoci Hessii ad Wolfg. Rychardum de primogeniti obitu Elegidium; 38: Epitaphium eiusdem infantis A. H. quod aegrotans composuisse fingitur; 560: Epitaphium Rychardi Raphaelis; 561: Aliud Epitaphium de eodem . . . a patre Rychardo editum.

<sup>5)</sup> Wappen Rychards, ein quergeteilter Schild mit drei Stämmen nebeneinander in der oberen Hälfte; vgl. unten Brief Nr. 26.

<sup>6)</sup> Scultetus, Johann, Albert, Hieronymus Jakob sind in Tübingen immatrikuliert in den Jahren 1482 (88 u. 94), 1486, 1498, 1525.

<sup>7)</sup> Beiname oder Spottname des ehemaligen Isnyer Mönchs Leonhard Härz.

<sup>8)</sup> Plutosthenes ist offenbar die Latinisierung von Reichhart = Rychard. Von demselben Nr. 450: Tetrastichon auf den Brief des Augustinus Marius an Nausea.

Ditem Cerbereum nuper duro quaero sub Orco,  
 Portitor ad terras dixit abiisse Charon.  
 Atque Sacerdotis voti male iura tenentis  
 Sacrilegos medium concelebrare thoros.  
 Neu sit in orbe iocus proprio sine Numine, Pluto  
 Hoc in coniugio debuit esse socer.

Aliud Plutosthenis pro munere datum.  
 Dilige luxuriam, Bacchum cole, distine sanctos,  
 Iustitiam fuge, sperne Deos Manesque celebra.  
 Haec si servabis Lutheri dogmata, clarus  
 Mystes Lethaeos sis bibiturus aquas.  
 Aliud Stellae<sup>1)</sup> (Ep. Rych. 570, p. 711) carmen in hasce  
 editum nuptias.

Ecce duo dulci mitis si nomine Jesu  
 Conveniant, medius auxiliator adest.  
 Lucifer huic similis semper vult esse superbus,  
 Omnibus unde malis se ubere miscet ope.  
 Archani officio paranymphe fungitur auspex  
 Ipse: sacerdoti, cum uxor amanda datur.  
 Si de nuptiis et coniugio sacerdotum mihi liceret ut  
 philosophastro nugari, non omnino vetitas esse contenderem,  
 cum naturae remigio omnia animalia in matrimonium ferantur;  
 id quod etiam in iure Canonico traditum sit, iure poli matri-  
 monium regi, non iure fori. Huc autem Venerem gnatis cre-  
 andis servire. Si quis igitur uxorem duxerit alias quam pro-  
 creandi prolis gratia, non videtur expers peccati in natura, cui  
 superius dicta nihil suffragabuntur, quemadmodum Schmalz-  
 napfium<sup>2)</sup> fecisse aiunt. Vale ex Ulma in die S. Udalrici  
 anno a nato Christo supra sesquimillesimum XXXII.

## II. Carmina.

### 6.

Sapphisches Gedicht Stellas an Zeno Rychard  
 mit Charakteristik einzelner Konventualen aus dem Jahre 1522  
 oder 1523. (Ep. Rych. 88 I p. 230.)

Ad Zenonem Rychardum monachorum ex Wiblinga res-  
 ponsio per carmen Sapphicum.<sup>3)</sup>

Quosce misisti sociis jocosos  
 Legimus rhythmos<sup>4)</sup> mensasque fratres

<sup>1)</sup> In der Münchener Handschrift der Briefsammlung Stellas ist auch dieses  
 Gedicht Rychard = Plutosthenes zugeschrieben.

<sup>2)</sup> Ähnliche Namen sind: Schmalzaug N. aus Ulm, Anführer im Schmalkald.  
 Krieg 1546, s. Freiburg, Diöz.-Archiv 9, 247; Schmalzkuch Matth., Pfarrer in Nieder-  
 eschach Ende des 15. Jahrh. Freiburg, D.-A. 2, 36.

<sup>3)</sup> Einige Verse dieses Gedichts zitiert Keim, Rychard, S. 325 f.

<sup>4)</sup> Diese Verse Zenos sind nicht erhalten.

Gestiunt grates lyricos vicissim  
Pendere versus.

Praesul<sup>1)</sup> inprimis ferulam minatur  
Asperam, si non Heliconis undas  
Hauseris, pergens madidus paternum  
Visere tectum.

Et Prior,<sup>2)</sup> grandi pietate quondam  
Te fovens, castum, docilem, pudicum  
Semper addictum studio frequenti  
Esse precatur.

Subprior<sup>3)</sup> nec non Benedictus optat,  
Firmus et constans maneat in omni,  
Quam tibi monstrat genius palaestram  
Viribus aequam.

Lauream Maurus<sup>4)</sup> capiti corollam  
Texuit pro te viridemque servat,  
Si comes tecum adveniat Minerva,  
Tempora cinget.

Otto,<sup>5)</sup> qui nullum didicit sophisma,  
Iam suam replet pharetram sagittis  
Disputaturus logicos elenchos  
Expolit in te.

Cursor ad circos podagra solutus  
Ipse Martinus<sup>6)</sup> vocitat pedesque  
Tractat alalos sua post relictus  
Terga videbis.

Ora Matthaei<sup>7)</sup> fugias diserti,  
Ni feras tecum patriam loquelas  
Atticam, Hebraeam Latiamque<sup>8)</sup> ternas  
Ingeniose.

<sup>1)</sup> Mit Praesul wird in der Sprache der Klosterannalen gewöhnlich der Abt bezeichnet. Gemeint ist Abt Georg Hacker (1517–1527), der durch mehrere Briefe Rychards, Vater und Sohn, ausgezeichnet wurde.

<sup>2)</sup> Wahrscheinlich Prior Martin Weber aus Ulm, gestorben 1523, oder Prior Ulrich Vischer, gest. 3. Jan. 1526.

<sup>3)</sup> Subprior Benedikt ist nicht näher zu bestimmen. Ein P. Benedikt Schermayr, Scriptor Codicum, starb 1528.

<sup>4)</sup> Jedenfalls Maurus Hochstetter, Zellerar, gest. 1533; an ihn sind drei Briefe Rychards gerichtet, s. unten Nr. 22–24.

<sup>5)</sup> Mit Otto ist kein Name in den erhaltenen Professorekunden zu finden. Das Todesjahr ist bekannt von Otto Vätter (gest. 1536).

<sup>6)</sup> Entweder Martin Feller, gest. 22. Okt. 1523, oder Martin Geusin, gest. zu St. Georgen 13. Dez. 1527.

<sup>7)</sup> Ein P. Matthäus Roggenmayr Bozanus (aus Bozen?) starb 28. Aug. 1547; ein P. Matthäus de Wipplingen (Blaubeuren) legte 1503 Profeseß ab.

<sup>8)</sup> P. Simon Geiger aus Immenstadt, Profeseß 1519, war in der lateinischen, griechischen und hebräischen Sprache bewandert.

Et vicem Austinus<sup>1)</sup> subiens Priapi  
Nectit admixtis corylos racemis,  
sub quibus lenti capiatis umbras  
Vina libentes.

Clavigeri quondam modo reprobatus  
Gaunsar<sup>2)</sup> ex omni numero volucres  
Educat capta est philomela, quam tu  
Munere sumas.

Deditus Musis simul et poetis  
Barbarae linguae fugias soloecos,  
Tullium discas, monet et precatur  
Bartholomaeus.<sup>3)</sup>

Marcus<sup>4)</sup> agrestes figulus puellas  
Alloqui blanda solitus salute  
Quaerit et partes retinebit omnes,  
Donec adesto.

Gorgius<sup>5)</sup> Musis salibusque  
Pollens barbiton, plectron, citharam,  
Lynamque in tuam miro fidium choream  
Murmure panget.

Plurima dicunt monachi salutem  
Parvuli<sup>6)</sup> quondam socii Rychardo  
Offerunt sese pariter peractos  
Ad sua vota.

Et novi fratres, Benedictus unus  
Dictus et notus tibi sat Georgus<sup>7)</sup>  
Esse sanum cupiunt et optant  
Atque disertum.

## 7.

Distichen Stellas an Zeno Rychard in Tübingen  
mit der Bitte um Briefe an die Freunde (1522). (Ep. Rych.  
Cod. Ulm. 81. I. p. 225.)

Monastica schola Wiblingiaci conventus Zenoni Ryardo  
fidei memoriam optat.

1) Augustin Misner aus Markdorf legte 1508 Profeß ab.

2) Dieser Name kommt in Lindners Album Wiblingense nicht vor.

3) Bartholomäus Stör, der Verfasser des Gedichts, der auch einen Brief an Zeno schreibt (1).

4) Markus Wissung aus Ulm, legte 1508 Profeß ab. Als lebend sind bezeugt P. Markus Lienmann im Jahre 1513 und P. Markus Hafner 1517.

5) Georg Stöb aus Markdorf, 1523 Profeß. An Prior Georg ist der Brief Rychards 1535 gerichtet.

6) Sicherlich die Scholaren der internen Schule, die, wenn auch noch so klein, das Klosterkleid trugen.

7) Benedikt und Georg sind wohl Novizennamen.

Musarum repetis Tubingam <sup>1)</sup> laetus alumnam  
 Nos miseros post te tetrica vita tenet.  
 Tu saltans inter socios nova carmina mulces,  
 Nos tristi gemimus murmura rauca choro.  
 Dulcisonos audis risu comitante poëtas,  
 Dum nobis normae saeva statuta strepunt.  
 Sed nostra nimis tandem praecordia turbat,  
 Ex, nos mente simul deperiisse tua.  
 Lactaeas numquam Tubingam sumere lymphas  
 Credimus Zenon, dum immemor usque silet.  
 Nonne manus pepigit migrantis dextra Rychardi,  
 Ad nos litterulas <sup>2)</sup> mittere velle juges?  
 Ergo perge statim promissas solvere chartas,  
 Cretensi <sup>3)</sup> levior ne vocitare. Vale.  
 Anno MDXXII.

## 8.

Distichen Stellas an Rychard über das Lob der  
 Arzneikunst und des Arztes Rychard. (Ep. Rych. Cod. Ulm.  
 59. I. p. 180.)

Accuratissimo Medicinae professori Doctori Wolfgango  
 Rychardo F. Bartholomaeus Stoer Wiblingensis.

Artes praeclaras medices invenit Apollo  
 Et Chiron, quo non justior alter erat.  
 Auserunt ipsas Podalirius atque Machaon <sup>4)</sup>  
 Illorumque pater tuque Galene senex.  
 Iratis superis tetris latuere sub umbris,  
 Et ferme longo deperiere situ.  
 Justar Hamadriadum <sup>5)</sup> densas coluereque silvas  
 Domata nec phisice viderat alma diu.  
 Mens stultorum hominum abjecto cognomine dici  
 Σκαῖτο φάγος probrum rata refugit iners.  
 At bonus Hippocrates, hominumque deumque misertus  
 Quaesivit invenit restituitque loco.  
 Nunc ergo medicus merito dicendus, honestis  
 Moribus atque gravi praeditus eloquio.  
 Debilium lecto blatero nam clinicus astans  
 Non levat aegrotum sed gravat ipse magis.

<sup>1)</sup> Zeno Rychard ist am 24. April 1522 in der Tübinger Universitätsmatrikel  
 inskribiert. S. Roth, Urkunden S. 625, Hermelink, Matrikel S. 238, wo Rychard ge-  
 schrieben ist, während der Name im Briefkodex immer Rychard lautet.

<sup>2)</sup> Vielleicht das oben in Stellas Brief (1) erwähnte Schreiben.

<sup>3)</sup> Anspielung auf die sprichwörtliche Lügenhaftigkeit der Kreter nach dem von  
 Paulus, Tit. 1, 12 zitierten Vers des Epimenides.

<sup>4)</sup> Söhne Aeskulaps, Helden und Wundärzte im Heer der Argiver vor Troja.  
 Vgl. Vergil Aeneis 2, 263, Ovid, Tristien 5, 6, 11.

<sup>5)</sup> Baumnympfen, die mit dem Baum leben und sterben.

Et facundus iter comes ut solatur euntis,  
 Et transit levius ut modulando labor.  
 Sic aegro medicus solamen dulce misertis,  
 Addit spem vitae tristitiamque fugat.  
 Pectoris infirmi in medicum fiducia crescit,  
 Herbis quae praestans erigit innumeros,  
 Astruit et talem celebris te fama medendi,  
 Artes qui semper profiteare bonas.  
 Claris principibus populosae et consulis Ulmae,  
 Virginibus sacris divitibusque viris.  
 Et cum sis aeris locuples, non despicias Irum  
 Humanus cunctis atque benignus ades.  
 Hinc tua Christus erit merces, dignetur Olympo  
 Te, precor, ille suo. Doctor amice vale.

## 9.

Distichen Stellas an Rychard über den Arzt und die leidende Menschheit. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 60. I. p. 190—191.)  
 Jocus ad eundem.

Non opus est sanis medico, languentibus autem,<sup>1)</sup>  
 Ut non sit medicus non fiet aeger homo.  
 Jupiter altitonans medico non indiget ullo,  
 Gaudeat coelicolae nec dolor ullus adest.  
 Tristibus est umbris gemitus, suspiria, fletus,  
 Cocytus, Phlegethon, Styx Acheronque<sup>2)</sup> movent.  
 Volvitur Ixion, nescit spirare Typhaeus,  
 Tabescit Tycius, Tantalus<sup>3)</sup> atque sitiit.  
 His medicas adhibere manus, si concipis atris  
 Plutonis regnum vel modo virus adi.  
 Carmina sed vates poteris laudare sonantem,  
 Cum Davide hymnos psallere rite sacros.

## 10.

Solertissimo medico Doctori Wolfgango Rychardo F. Bartholomaeus Stoer Wiblingensis. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 62. 1. p. 192—195.)

Das Ideal eines Arztes.

Praecipiens quamvis moneat sacra pagina nullum  
 Laudandum, cujus Spiritus ossa regit,  
 Nec monachum<sup>4)</sup> deceat medicum juvenilibus annis  
 Florentem celso tollere laude probo.

1) Anspielung auf Matth.

2) Flüsse der Unterwelt.

3) Typen von Unterweltsstrafen.

4) Vielleicht Anspielung auf eine Stelle im Brief an Maurus Hochstetter von

Ne residem forsán ruentem jactantia tentet,  
 Fluminis instar enim culmina summa petit.  
 Attamen (hoc ausus nemo prohibere poëtis)  
 Me verum veri dicere cogit amor.  
 Flucti vagus quondam admonitus superavit Ulysses  
 Sirenum tantus magna pericla maris.  
 Obthurans caera sociorum scilicet aures  
 Ad malum navis se quoque fune ligans.  
 Auditum contra eximias sic obstruere laudes,  
 Illud ut ignores quod prior ipse scies.  
 Ad te confugium aegri<sup>1)</sup> sperantque salutem  
 Morbos occultos sponte fatentur item.  
 Tu quibus expertus medicus prompte atque perite  
 Consulis, ipsorum sedula cura tibi  
 Si medicina valet, missas ad singula vires  
 Membra vocas, clara pellis et arte luem.  
 Moribus urbanis tu praestas omnibus unus,  
 Dulci Musarum gratus et eloquio.  
 Et Scythicae volucres, piscis Niloticus, herba  
 Arabica et radix Judica et acre piper.  
 Id genus innumeris laudata exotica herbis,  
 Nequaquam egregiis displicuere viris.  
 At vero herbarum vires scrutare latentes,  
 Nec vilis radix est peregrina tibi.  
 Sic inopi pariter cum divite consulis, aere  
 Curas et parvo sedulus atque sagax.  
 Provida me citra durum natura laborem  
 Nobis (quae frustra est nil operata) dedit.  
 Frigida cum calidis caulis radice et herbae  
 Pragmata cuncti potens occulitque deus.  
 Ut docile ingenium (nam torpent semper inertes)  
 Exerceat homo gnarus et artis amans.  
 Pervigil auri como Phoebo luculente Galeni  
 Plinii, Aristotelis pelligis ipse libros.  
 Nyctimenes<sup>2)</sup> instar noctem fallisque legendo,  
 Memnosyne<sup>3)</sup> condis dogmata quaeque tua.  
 Omnibus hinc profers proruptum venientibus aegris  
 Consilium, tristem neminem abire sinis.<sup>4)</sup>

1527 (Ep. Rych. 581), s. unten Nr. 22, wenn die Lesung monacham richtig wäre, doch sicher monachum zu lesen nach Zeile 7, 8.

1) Hs. agri.

2) *Νυκτιμένη*, Tochter des Königs Epopeus, wurde in eine Nachteule verwandelt (Ovid, *Metamorph.* 2, 591).

3) Sonst meist Mnemosyne, *Μνημοσύνη*, die Mutter der Musen, das Gedächtnis.

4) Dieses Lob galt von Kaiser Titus.

Tabida nec semper conaris retia mortis  
 Fallere, divorum nec tibi sceptrum rogas.  
 Humanos medicina potest si tollere morbos,  
 Curave solertis si valet Aesculapii,  
 Impiger abiectos non horres ipse labores,  
 Eximii peragis officiumque viri.  
 Divitias regis sic colligis undique Croesi,  
 Filius ut Zenon gaudeat inde tuus.

## 11.

Hilferuf Stellas an Rychard in bedenklicher Krankheit.  
 (Ep. Rych. Cod. Ulm. 63. I. p. 193.)  
 Jocus ad eundem.

Me vetus atque novus morbus premit atque fatigat,  
 Nomen conveniens vix habet ipsa lures.  
 E tepido taedet me surgere mane grabato,  
 Occupat et somnus, praegravat atque caput.  
 Nympharum situlam fastidio semper aquosam  
 Oenophori<sup>1)</sup> Bromii<sup>2)</sup> pocula lata placent.  
 Praeteriti immemorem infernae me potio Lethes<sup>3)</sup>  
 Fecit, quae didici nec retinere queo.  
 Congrua tabificis morbis medicamina finge,  
 Paeona<sup>4)</sup> vel medicum consule, vive, vale.

## 12.

Antwort Rychards: Gott der beste Arzt.  
 (Ep. Rych. Cod. Ulm. 61. I. p. 191.)

Ad priorem Wiblingensem Responsio Rychardi.

Tangitur officio monachi tuus ille Rychardo  
 Frater, qui nuper carmina docta<sup>5)</sup> dedit.  
 Hunc etiam flaudo, sua stat sententia mecum:  
 Ni juvet altitonans, est mea cura nihil.  
 Sacrosancta cohors, cui virtus pneumatis almi.  
 Praesidet, hac voluit cuncta parare Deum.  
 Non ego Theologos (quorum reverenda potestas  
 Sic voluit) contra bella movere queam.  
 A Jove qua propter morbis medicina paratur  
 Humanis, medici nil valet ipse manus.  
 Quare Stoer monachus sanas in corpore vires  
 A medico Christo perroget atque suo

1) Die Weinträgerin, Oenophoros, hieß die weibliche Statue des Praxiteles, Plin. 34, 8., hier männlich gebraucht.

2) Bromius, der Lärmende, Beiname des Bacchus, auch adjektivisch bacchisch.

3) Der Trank der Vergessenheit.

4) Apollo, Gott der Heilkunde.

5) Jedenfalls Gedichte 9–11.

Si placidas forsan Deus obturaverit aures,  
Nec locum medicos Asclapiumve petat.

## 13.

Retourbillet Rychards an Stör über den Trank  
aus der Helikonquelle. (Ep. Rych. Cod. UIm. 65. I. p. 199—200.)  
Antidotum Rychardi in Jocum Bartholomaei Stoer.

Mens hominum coeca est proprio quoque lippit in ausu  
Et fugit et quaerit, quod sibi saepe nocet.  
Sic modo Stoer somnum renuit laticesque petendos  
Horret, cum sapiet, sentiet ipse secus.  
Somnus et alma quies non est fugienda poëtis,  
A docto somnus vate petendus erit.  
Et nulli fas est sacras adamare Comoenas,  
Qui biberit largo non Heliconis aquas.  
Nec sapienter agit vates, qui forte medelas  
Postulat in somnos in laticesque sacros.  
Persius<sup>1)</sup> indoluit viresque excusat anhelas,  
Dum non Parnassi dulce cubile subit.  
Non renuas posthac Parnasso monte quietem  
Sumere, sic Dryadum dulcis alumnus eris.  
Fonte Caballino<sup>2)</sup> situlas haurire frequentes  
Phoebaeos vates Pieriosque decet.

## 14.

Carmen fratris Bartholomei Stoer Doctorem  
Wolfgangum Rychardum ad Schlaraffiam provocantis.  
(Ep. Rych. 116. I. 249—251.)

Insula Cercopum<sup>3)</sup> fortunatissima morbos  
Expulit in Ditis<sup>4)</sup> horrida regna trucis.  
Tristia contemnit medicorum pharmaca, Phoebi  
Non eget auxilio, magni ope fulta Jovis.  
Cum Baccho Silenus adest et copia dives  
Frugiferae Cereris, Laeta Venusque salit.  
Sobria quapropter spernit praecepta Galeni,  
Hanc justus nunquam Phylliridesque<sup>5)</sup> adiit.  
Optimus ipse tamen Narranus<sup>6)</sup> nomine praesul  
Insignem medicum semper adesse cupit.

1) Vgl. Persius Pr. 1.

2) Pegasus.

3) Affeninselnvolk auf Ischia, gleich Pitheculae.

4) Dis = Pluto, Gott der Unterwelt.

5) Sonst Phyllirides geschrieben, Sohn der Phyllira, Chiron, das Vorbild der  
Aerzte. S. Vergil, Georg. 3, 550.

6) Narranus ist wohl Deckname für den Praesul, d. h. Abt Georg Claus.

Te solum novi medicorum e milibus<sup>1)</sup> unum,  
 Qui mihi Caesar eris, clarus Apollo quoque.  
 Laurigeri cythara Phoebi qui ludere norunt,  
 Collego egregios (Stultus et ipse) viros.  
 Haec etenim dudum moro mihi facta facultas  
 Narrani tabulis Caesaris atque datis  
 Scilicet ut claros hederae Daphnesque coralla  
 Conscribam Bacchi pegasidumque<sup>2)</sup> φίλους.  
 Quid faciam tetricos dubitans vocitare Catones,  
 Carmini ridiculo versibus et rudibus.  
 Quamquam rara avis in terris audire disertum  
 Narranus vatem vult medicumque bonum.  
 Hactenus at nullo te jussi epigrammate pingui  
 Ire Pithecusas<sup>3)</sup> prosperitate sitas.  
 Ut fidus Pylades socium comitatus Oresten  
 Si cupis ipse tamen sponte venire, veni.  
 Non ibis solus, comites, mihi crede, fideles  
 Invenies, qui te semper amare solent.  
 Ecce Boëmus<sup>4)</sup> adest, soleas vestesque resarcit,  
 Drilinus sumptus colligit innumeros.<sup>5)</sup>

## 15.

Ein Distichon und sein Dichter. (Cod. Ulm. Ep. Rych. 3. I. p. 8.)

Veracis promissa viri ceu reddita duco:

Inter enim medians nil nisi tempus erit.

Distichon fratris Bartholomei Wiblingensis:

Coenobii oeconomus, monachorum et adelphus et abbas  
 Hoc si nesciret, optimus ipse foret.

## 16.

Frater Barth(olomaeus) Wiblingensis. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 6. I. p. 70.)

Krankheit und Dämonismus.

Ecce paroxysimum physica ratione Rychardus  
 Non opus in puero daemonis esse probat,

1) Hs. millibus.

2) Musenroß, dann Musen selbst.

3) Inseln im tyrrhenischen Meer (jetzt Procida und Ischia).

4) Jedenfalls der Ulmer Deutschordenspriester, Humanist, Hebräist und Dichter Johannes Bohemus = Böhm aus dem bayrischen Aub. S. F. Nestle, Nigri, Böhm, Pellikan 1893. — Drilinus gehört wohl demselben Freundeskreis an. Sollte nicht der andere Elchinger Mönch Andreas Dyrin gemeint sein?

5) Beachtenswert ist im Codex das Gedicht Nr. 97: Pro Apologia humanarum litterarum edita a D. Philophoebo Abbate in Marchtall Carmen Rychardi.

Plaureri<sup>1)</sup> quondam monachi hic dicta sacerdos

Ad normam sacram quilibet excutiat.

Incautos lapsus, errores atque vetustos

Cernens proiciat nigra aconyta velut.

17.

Epitaph Stellas auf Rychards Grab. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 440. II. p. 489.)

Epitaphium D. Wolfgangi Rychardi medici per Bartholomaeum Stellam monachum Wiblingensem.

Lector amice velis medicum si nosse Rychardum,

Praesentem clara conspice luce typum.

Fonte Caballino tinctum praetendit aperta

Frons caput insontis cor adoloneque vivi

Furnaque vivaces in sano corpore vires

Caesaries monstrat voxque sonora palam.

Rari lustra decem sanctis insumpta Camoenis

Designant cani, barba bisulca sophum.

Tota patet physicis facies affabilis aequae,

Ingenuum ostentant lumina clara sagax,

Scommata docta, sales lepidos risumque modestum

Phoebaeosque jocos lingua deserta movet.

Nasus et exornat vultum mediocris amandum,

Bacchus iners cornu Rhinocerotis abest,

Praecipium sacrae (dubio sine) credere suadet,

Cultorem sophiae corporis ipse typus.

Nec pretiosa nimis, nec sordida vestis honestum,

Prae se fert civem sollicitumque patrem.

Talis erat vivus, post tristia funera pulvis

Dic precor archiatri spiritus astra petat.

18.

Kondolenzschreiben Zeno Rychards an Abt Georg Hacker in Wiblingen, Ingolstadt, 1523, nach Ende April. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 528 II. p. 649.)

Praesuli venerandissimo in Christo Wiblingae simul ac sacrae theologiae instauratori diligentissimo Georgio Hackero domino alterius(?) patri suo observantissimo Zeno Rychardus salutem.

Quantum doloris effuderim, praesul dignissime, verbis eloqui sane posset nemo; mihi pater cum carissimus tuaeque reverentiae fidelissimus custos, hanc vitam hoc praesertim tem-

<sup>1)</sup> Wohl nicht der Abt von Weingarten und Ochsenhausen, Gerwig Bla(u)rer († 1567), sondern der spätere Reformator in Konstanz Ambrosius, Prior in Alpirsbach bis 1521 († 1564).

pore, fraudibus, insidiis et nequiciis circumdatam, repletam ac redundantem finiverat, Prior<sup>1)</sup> inquam, qui me in vivis summo amore est prosequutus. Cur igitur idem a me non lamentabilibus deploraretur<sup>2)</sup> lachrymis: quum quod me magis ulcerat, genitorem uti illius scripta<sup>3)</sup> indicant, suspiriis eius novissimis, ne absque optima fruge educarer, obsecraverit. Qua ratione abbas maxime reverende, meum nunc est: eum ut mortuum, qui mei vivens numquam immemor fuerit, Deo opt(imo) max(imo) cui ita placuit, commendem. Illum utinam hic conservet, illi beatitudinis coronam imponat atque eum illo summo triumphet olympo. Accidit haec ad haec, si non regendi aliorum excellentiam callerem, maximum, ut amoliri dolorem nequirem. Haud enim commodi parum esse optimis huiusmodi aedes committere arbitror. Qualiter iste iis irrevocabilis fidelissime suo est functus officio. Deinde ego commemorans meum tuae celsitudinis quantum religiosissimo gregi deberem, cum tu praeses merito constitute pestifero me errantem aere salubre in tuum tectum honorifice suscepas. Quodque amicus fuerat, filiis tuis obedientissimis me vivere dormire, demum sitim esuriemque lautissimis extinguere reverentia tua annuebat, etsi minus concedendum fuerat. Quod Ulmae ubi pestis crudeliter indurescebat, paulo ante degeram, quo fraterculi me abhorrentes cito per nauseam hoc morbo venetico trucidari potuissent. Sed Christi gloria, nos omnino singuli sub sua manu id mali evitavimus: Olim vere ego Wiblingae alumnus ei prodesse paucis meis cum virium coatibus conabor. Interim amplissime abbas, una cum tui splendoris filioliis amantissimis dominisque meis colendissimis in summae trinitatis pace optimae valetudinis ratione fruire ac me commendatum (ut solet tua charitas) habeto.

Ex nostro Musis gratissimo Musaeo Ingolstadii anno a nostri Salvatoris cunabulis 1523.

## 19.

Brief Rychards an Abt Hacker von Wiblingen über den Nürnberger Reichstag, 1524, 12. Januar. (Ep. Rych. Cod. Ulm 314, II, p. 166—169.)

Wolfgangus Rychardus doctor dignissimo et reverendo patri Georgio Hackaro abbati in Wiblinga domino suo gratioso.

<sup>1)</sup> Nach den von P. Lindner herausgegebenen Roteln (Diöz.-Archiv v. Schwaben 1902, S. 49) starb Prior P. Martin Weber aus Ulm, Profefß 1490, am 28. April 1523. Also ist der Brief frühestens Mai 1523 geschrieben. Da noch 1535 ein Prior Georg in einem Brief Rychards (Nr. 26) erscheint, so dürfte Bartholomäus Stella erst nach 1535 zum Prior ernannt worden sein.

<sup>2)</sup> Hs. deploretus.

<sup>3)</sup> Wohl Hinweis auf den im Codex Rychardinus erhaltenen Brief Ep. Rych. Nr. 77.

Salus et gaudium vobis a domino Salvatore nostro. Dignissime domine abbas. Bartholomaeus Schorar vir fide dignissimus hesterno vespere ex Noroberga ad nos rediit, qui statum conventiculi imperialis,<sup>1)</sup> quoad scire potuit, nobis exposuit. Imprimis ait, paucos adhuc principes advenisse, quare nullam interea sessionem celebraverit, dominus Ferdinandus Archidux Austriae<sup>2)</sup> adest, qui et cupit haberi imperii gubernator in vicem fratris Caroli invictissimi Caesaris nostri. Contra nititur Palatinus Rheni princeps imperii elector,<sup>3)</sup> qui gubernatoris sibi officium jure bullae aureae<sup>4)</sup> cedere contendit, nec prius adventum suum pollicetur, quam iure suo donetur. Fredericus<sup>5)</sup> dux Saxoniae nonnullorum principum favore adiutus civitatumque legatis stipatus magnam auctoritatem sibi vindicat, qui rem ita tractare videtur, qua sine suo consensu exorto male procedet conventiculi spes, Palatini etiam partes fovere suspicatur, indequaque non applaudens Ferdinando, quem ultra ducis conditionem minorisque natu non admittit. Pontifices tardiusculi sunt, Frederico cum sua parte iam praescripserunt quatuor causas in hoc conventiculo tractandas, quas ultra nihil. Quod si eas nolit conventus discutere nec ipse nec sui interesse volunt, quod dum fecerit, sine dubio infecta re dissolvetur conventiculum. De Turcis nihil volunt pro hac vice audire, donec quattuor haec causae discussae fuerint. Prima causa est de tuto itinere omnibus peregrinis spondere et servare per totum imperium. Secunda monetariae correctio, tertia monopoliorum abolitio. Quarta Lutherani negotii per sacras literas examinatio, quae sine publica disputatione in libera sessione omnium Christianorum qui volunt, fieri non possit.<sup>6)</sup> Haec et huius modi Scharar,<sup>7)</sup> Schlicher et Gienger<sup>8)</sup> mercatores unanimi ore ediderunt.

1) Reichstag zu Nürnberg nach Ablauf der bekannteren Tagung 1522/23 wieder anfangs Januar eröffnet.

2) Erzherzog Ferdinand, Bruder Karls V., und Nachfolger als Kaiser 1555–1564.

3) Pfalzgraf Ludwig V., 1508–1544.

4) Goldene Bulle über die Rechte der Kurfürsten, 1356 von Kaiser Karl IV. erlassen.

5) Kurfürst Friedrich der Weise von Sachsen 1486–1525, der Schützer Luthers.

6) Auf dem Nürnberger Reichstag 1522 verlangte ein Anhänger Sickingens Sitz und Stimme auf einem Konzil auch für Laien; auf dem Nürnberger Konvent 1524 wurde ein Religionsgespräch zu Speyer beschlossen, aber auf Durchführung des Wormser Edikts gegen Luther gedrungen. Luther ließ gegen den Reichstagsabschied vom 14. April 1524 eine grimmige Schrift erscheinen. Seine Werke Erl. A. 24, 220 ff; Grisar, Luther I, 641.

7) In Tübingen ist immatrikuliert ein „Udalricus Scharer (Schorar) de Ysnin“ 21. November 1492 (Roth S. 523) und 1. August 1534 Georg Scharer de Ulma (Roth. S. 657). Im Codex Rych. Randnotiz: An cuidam Schauero ist ep. 313 p. 165. Id. Jan. 1524.

8) Als Briefbote bei W. Rychard, Daniel Mauch u. a. öfters benützt s. Naegele, Fahr. Scholar S. 76 A. 6. Vgl. S. 508, 19 Schlicher.

Valeat gratia vestra, cui me commendo, ex Ulma pridie Idus Januarias. Anno a partu virgineo 1524.

## 20.

Brief Wolfgang Rychards an Abt Hacker über beste Badekur. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 456, II. p. 510.)

Reverendo in Christo patri et domino domino Georgio Haccker abbati Wiblingensi, domino suo observandissimo Wolfgangus Rychardus medicus sese commendat. Dignissime gratioseque abbas. Quod dominatio tu a jam tot dies in balneo trivit, facit me confidere hocce balneum et tibi utile esse et iucundum, quod ut ita sit maxime opto. Unum(?) tamen pro mea debita in te observantia non possum non tuam dominationem commonefacere, balneorum interesse vim motivam, ut nos moveant, quibus motis omnia, quae in nobis sunt, moventur; sitis, amicitia et marsupium. Nec opus est peripateticum eundemque egregium patrem docere omnia propter finem moveri: sitis finem vinum, amicitiae finem puellam esse existima. Quare nisi vino siti consulas et amori puella eleganti, et motu non destitueris, et fine suo frustrabis balneum. Vale.

## 21.

Dankschreiben Rychards an den Wiblinger Abt (Georg Hacker) für ein Schwein. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 342. II p. 234.)

Wolfgangus Rychardus abbati in Wiblingen. S. D. P.

Gratissimi patroni vices refers, mi dignissime abbas, qui suem ad me satis egregium dederis, quo intelligam liquidissime etjam te mei non oblitum, cum ego singulis diebus singulam de te mentionem mecum repetam: refricas mihi memoriam, quam de tua me sanitate tanquam veteris amici et singularissimi fautoris, verum etjam optime demerentis et munificentissimi domini sollicitum cogitare oporteat. Tu athleticè musiceque vive et vale et si quispiam scrupus inciderit, quem mea tibi opera extricare possit, habebis me talem, qui solum cerebrum suum quaecunque, sed etjam corculum prose offendat. Iterum vale et me ut soles commendatum habe. Ex Ulma.

## 22.

Brief Wolfgang Rychards an P. Maurus Hochstetter, 20. September 1527. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 581, II, p. 721.)

Wolfgangus Rychardus Domino Mauro Hochstetero in Wyblinga S. D. P.

Charissime pater Maure, Domina priorissa in Med-

lingen,<sup>1)</sup> obtestata me est hodie per litteras, ut e vestigio iter ad se arripiam. Habet enim nescio quot aegrotantes sororculas.<sup>2)</sup> Cui ut morem geram vetus quae mihi cum ea intercedit necessitudo apprime cohortatur. Navabo tamen omnem operam, ut adventum meum crastino vespere mature, sin autem praeter opinionem meam illic procrastinari cogerer, omni rupta mora dominica sero ad vos veniam, et quod praesentia mea non est usque adeo utilis vobis, quoniam etiam (?) Sebastianum Nithardum<sup>3)</sup> archiatrum habebitis in promptu, qui in hac aegritudine, qua Dominis Noster graciosus haeret, nihil eget mea astantia. Ex suo tripode et propria Minerva rem agat, donec ego adveniam. Postea me offero omnia eius consultissima placita sedulo executurum; ut ut in summa perstringam, maliam me in isthoc negotio potius discipulum quam antesignanum gerere. Valete ex Ulma in Vigilia S. Matthaei apostoli anno a nato Christo n. D. XXVII.

## 23.

Brief Rychards an Maurus Hochstetter mit ärztlichen Verordnungen. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 337 II, p. 224.)

Wolfgangus Rychardus f. Mauro monacho Wiblingiaco. S. D. P.

Venerabilis pater Maure, vidi urinam vestram, quae multum significat super debilitatem capitis et nervorum, regatis vos secundum canonem Hippocratis,<sup>4)</sup> qui ait: Quoscumque morbos labores infligunt, quies sanat, et hoc quidem verissime; contraria enim contrariis curantur, nec verior cura per contrarium motui quam quies. Sitis igitur ad aliquot dies in loco temperato calido in nosocomio vestro et utimini dictu laudabili etiam de carniū esu pro resumendis viribus, frigidum aërem omni modo praesertim nocte evitando, omni etiam sero lotionē pedum utimini per horam ante coenam et omni mane de confectione rotularum jejuno stomacho et de mastice grana quatuor deglutiatīs circa introitum lecti et in domino nostro Jesu Christo curabimini. Pro hac vice valete, cum domino priore<sup>5)</sup> et Bartholomaeo Stella vestro, viris mihi ob bonas literas amicissimis. Ex Ulma.

<sup>1)</sup> Das Dominikanerinnenkloster Maria Medingen bei Dillingen.

<sup>2)</sup> Auch im Klarissenkloster Söflingen war Rychard Hausarzt.

<sup>3)</sup> Johann Heinrich Neithart ist in Ep. Rych. 394 (a. 1538) und 519 (a. 1529) erwähnt. Veröffentlicht von mir in „Scholarenleben“ S. 79 und 100. „Sebastianus Nithart ex Ulm“ ist 8. Februar 1510 in Tübingen immatrikuliert (Roth, Urkunden, S. 578, Nr. 98).

<sup>4)</sup> Hs. Hypocratis.

<sup>5)</sup> Prioren sind um jene Zeit: P. Ulrich Vischer, gest. 1526; nach dem Brief Rychards von 1535 an einen Prior Georg könnte es nur der 1523 Profeß ablegende Georg Stöb sein, nach dem Album Wiblingense (Diöz.-Archiv von Schwaben 1900/1961, S. 40). Stella ist also 1535 noch nicht Prior.

## 24.

Brief Rychards an Maurus Hochstetter in Wiblingen über Pseudopropheten. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 336 II, p. 222–29.)

Wolfgangus Rychardus Mauro monacho S. D. P.

Patriae tuae prophetaster<sup>1)</sup> narricinium<sup>2)</sup> edidit, cuius exemplar in praesentia ad te mitto, quo intelligas hominem plus in prophanis poetarum scholis sudasse quam in theologia, quoniam (?) alias delectaretur delphica prophetandi phrasi, ubi omnia in ambiguo sunt posita, ut est illud egregium daemonum commentum, de quo beatus Augustinus: Romanos te vincere scias. Item alias aliud grammatica deceptione superbum. Inimici tui subdentur tibi. Praeterea invenies lacunam invidiae atque arrogantiae spiritu ploenissimam. Non est hominis s. Scripturae inhaerentis Protheum agere et una bucciam caduceum gestare in manu atque facialiter eructare, itaque omnia perplexo ore proferre, ut nescias, ubi tuto pedem figere possis; facit ut pigerrimi solent artifices, qui famulis plus laboris verbotenus praescribunt una horula quam decem diebus elaborare poterunt. Itidem facit tuus Narrianus!<sup>3)</sup> Jum clamitat: vide hoc, age illud, an hoc sit probe actum, an aliud deceat, vide leges, iudica. Quid ultra? Miror cur lectores non adhortatus fuerit merdosa . . . Parce per Jovem mi charissime Maure, ego ita stomachor in illos, qui vita Curios<sup>4)</sup> simulant et Bachanalia scribunt, ut satius putem esse fidei consultum, si nostri saeculi protonotarii latinas scoberent<sup>5)</sup> et caminos quam ut libros conscriberent. Vale ex Ulma.<sup>6)</sup>

## 25.

Trauerbrief Rychards an P. Johann Molitor, 1535, Ende Juni. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 564, II. p. 307.)

Wolfgangus Rychardus Joanni magno promo<sup>7)</sup> in Wiblingen, amico sincero S.

<sup>1)</sup> Vielleicht derselbe Salzmann, dessen Schrift nach dem, was oben zu Nr. 27 auszugsweise angeführt ist, nach Ep. Rych. 9 (I, p. 86–97) von 1535 bekämpft wird. Den Namen Saltzman tragen mehrere in Tübingen Immatrikulierte: Jakob 1477 und 1478; Albert 1484; Balthasar 1498; Gregor 1506.

<sup>2)</sup> Neubildung aus dem Deutschen statt vaticinium wie unten Z. 15 Narrianus.

<sup>3)</sup> Oben Nr. 14, V. 7.

<sup>4)</sup> Nach M. Curius Dentatus, dem Besieger der Samniter, Sabiner und des Pyrrhus, dem gestrengen Zensor, dem Vorbild altrömischer Einfachheit und Unbestechlichkeit, reden die Alten schon von Curii, Männer vom guten alten Schlag des Curius.

<sup>5)</sup> Jedenfalls Verb. zu scobis, Schabfall, von scabo: scheren, putzen, kratzen.

<sup>6)</sup> Im Briefband Nr. 332 ist ein Schreiben überliefert, das nach dem Index an einem gewissen Wiblinger Abt adressiert sein soll: Abbati cuidam. Ob ein Wiblinger Äbt der Adressat ist oder ein anderer, ist kaum zu entscheiden.

<sup>7)</sup> = Oeconomus.

Desideravi iam multis diebus te convenire, ac in sinum tuum effundere lacrymarum myriadas propter Raphaelis filii obitum<sup>1)</sup> qui quinque diebus retro bimatum attigisset, dentibus molaribus pullulantibus in fluxum ventris incidit et exhaustus omni vitali succo inter manus meas oppetiit, saepe implorans opem, sed non tractabilis arte, me spectante expiravit, id quod mihi omni spectaculo, quod unquam vidi, acerbius fuit. Conqueror hanc miseriam.

## 26.

Brief Rychards an Prior Georg, Juli 1535, über Raphaels Tod und die Lutheraner. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 563, II, p. 706).

Wolfgangus Rychardus Georgio, priori in Wiblingen S. D. P.

Non est novum fortunam variis vicibus in humanis rebus ludere. Ipsa enim te interim, quam a vobis abfui, in sanio-rem quam est piscis, elevavit, ita ut illud plane amplo ore iactare possis, salus et sanitas plerumque a fortuna veniunt; me autem lamentabili et irrevocabili iactura pessumdedit, cum dilectissimus filius Raphael,<sup>2)</sup> qui iam in senectutis baculum accreverat, animam egit factus vermibus et praeda sepulchri. Tu sanitate ditior pristina, ego amisso filio pauperior; tibi dulce meminisse malorum, quoniam conditionem in melius commutasti; apud me lacrymosa est memoria, ululatu plena recordatio; nullis aliis remediis irrecuperabilis filioli vita, ubi sola oblivione opus erat. Hanc autem quo magis adfecto, (eo) minus obtineo, immo oblivionis studium memoriae redintegratio est. Dum autem oblivisci non valeo, memorari crebrius studeto. Nimietas fortassis satietatem pariet, et ut est in proverbio: Lacrymis dolor egeritur. Quare arma nuper propter filiolum per Jacobum Foederis a secretis a regia maiestate impetrata depingi feci, et ad te et omnes amicos singula singulis mittam exemplaria, mortui filii epitaphio exornata, quoniam hic non fas est, tumbae quicquam inscribere. Adeo delicata est nova Lutheranorum fides, quos ego, sicut in plerisque, in hac re minime sequor. Philosophi dicto oblector, mortuos etiam in vivorum memoria vivere. Itaque, charissime Prior, hoc filii epitaphium inter chartaceam tuam supellectilem reconde ex aliquando revolvens nostri sis memor, tamquam in monumento scripta legeres. Vale ex Ulma MDXXXV.

1) 28. Juni 1535, vgl. oben Brief Nr. 4 und unten 26.

2) Gestorben 28. Juni 1535 im Alter von 2 Jahren, s. oben Nr. 4 u. 25.

## 27.

Brief Rychards an Abt Heinrich Klaus, 7. Juni 1539, über Besserers Besuch. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 351, II, p. 283.)

Reverendo in Christo patri et domino Henrico Clausio dignissimo abbati in Wiblinga, domino suo colendissimo S. D. P.

Magistratus noster Bernardus Besserer<sup>1)</sup> instituit semel vos adire animi recreandi gratia petiitque a me a vobis sciscitari diem adventuram hebdomadam idoneam, qua vos domi offendat, aliis negotiis non aliorum revocatum. Quare ut homini mos geratur, intimetis mihi diem, qua veniat ad vos, amicitiam suam vobiscum amplificaturus. Honoranda sunt numina bona, praesertim ut faveant et mala ne noceant. Si iam proxima hebdomas non esset vobis conveniens, propter festum corporis Christi, poteritis subsequenti septimana diem eligere; valeat D(ominationem) v(estram), cui me commendo. Ex Ulma. Sept. Id. Junii Ao. 1539.

## 28.

Brief Rychards an Abt Heinrich wegen Bilder-  
aufbewahrung. (Ep. Rych. Cod. Ulm. 404, II, p. 438.)

Reverendo in Christo patri et domino D. Henrico Clausio abbati dignissimo in Wiblingen, domino suo colendissimo Wolfgangus Rychardus S. D. P.

Venerabilis et dignissime pater abba. Dominus Georgius Precelius parochus<sup>2)</sup> in Steta<sup>3)</sup> pollicitus est duas imagiunculas agnorum apud d(omi)nationem vestram deponere, quas mihi dono dabit: rogo si depositas habetis, tum in hunc saccum recondite, ut praesens nuncius ad me deferat. Ego enim usque ad Hylaram<sup>4)</sup> profectus in ripa exspecto, non potens amnem superare propter vadi altitudinem. Vale.

<sup>1)</sup> Ueber B. Besserer vgl. Keim, Rychard S. 366; Allg. deutsche Biographie 2, 572. Weyermann, Ulms Gelehrte, 2, 33–36.

<sup>2)</sup> Hs. parrochus.

<sup>3)</sup> Stetten, O.-A. Laupheim, einst Wiblingisches Dorf.

<sup>4)</sup> Iller bei Wiblingen, heute noch oft gefährlich reißender Nebenfluß der Donau, in die sie bei Ulm mündet.